16. Sexta difficultas, an expedit iniuridictio morte delegantis? Respondeo, habito absolute institutus est, non expartrierat eram re integræ quo ob fauorem filij iurisdictioni ordinariæ comparatur, habeatur expeditum in cap. ne aliquis de baref. in 6. ibi, praefenti decretatu editio ipsum officium non solum quoad negotia vnu mandat, sed etiam quoad integræ, & non causa & quod plus est quantum ad ea, que tunc negraquam emerit in favorem fides post commitmentis oportet durare & vacare. & Doctores omnes. Quid intelligendum est non solum in Inquisitoribus a summo Ponifice immediate electis, sed etiam in Inquisitoribus, a Cardinalibus, & generali Hispaniorum Inquisitor nominatis, qui omnes hi delegati sunt a Ponifice, & ita de expeditum cum Eym. Pugna 3. part. direct. quæst. 6. & comm. 5. & 57. Farinacius q. 186. n. 20. Azot. 1. part. institutionem moralium cap. 28. q. 7. Lclius Zechius sum. 1. p. iii de fiducie de baref. cap. 1. num. 13. vers. ne eorum potest.

17. Solum est dubium, si ad beneplacitum non quidem Sedis Apolitice, sed Poniticis est delegatio facta, an tunc expireret motte delegancis? Affirmat Ioan. And. in dict. c. ne aliquis de baref. in 6. in glossa. Geminian. n. 4. vers. Et intellige præmissa. Farinac. num. 2. vers. in glossa prima. Nicol. Atelensis. not. ab. 4. num. 3. Decian. tract. crim lib. 1. cap. 20. n. 8. vers. fallit ramen. & cap. 21. num. 19. Silueff. vers. de baref. cap. 6. 2. num. 3. quo videtur lego Farinacius de baref. quæst. 185. num. 22. Et 23. Moutnay ex cap. si gratoe, de re scriptis, in 6. vbi delegati ad beneplacitum Sedis non finituntur morte delegantis fecus si ad beneplacitum Romanum Poniticis. Cæterum verius iurisdictionem delegati non expirant, nisi id in litteris delegations expressum fuerit, tempore enim ob singulariter fidei fauorem, censenda est. Cesset iurisdictione ad beneplacitum fides etiam sub verbo Romanum Poniticis concedatur. Alijs contingere casus posset in quo heretici excepti non posset, quia cellar qui poterat habeti-

cos inquirere, aut inquisitos punire, quod non est admittendum; & ita docet Francisc. Pugna direct. 3. p. 9. 7. com. 6. vers. sed ut verum faciat. Azot. 1. p. 1. 1. moral. lib. 8. cap. 18. quæst. 7. quos referat, neque impugnat Farinac. suprà, num. 23.

18. Septima quæsto, a quo recuocari possit Inquisitorum iurisdictione: Claram est recuocari possit à Ponifice, qui cam concedit. Sed cum olim Inquisitores non solum à Ponifice eligerentur, sed etiam à ministro generali, & prouinciali, cuiusque ministri, tam in ordine D. Dominici, quam Francisci, meritò concessum fuit iis superioribus posse à se electos autoritate Apostolica testouere, cum id tibi vixum fuerit expedire: sic ex priuilegiis concessis iis ordinibus, & ex constitutione Innocente, edita anno 1254, incipiente, Licet ex omnibus, & ex alia constitutione Clement. I. V. edita anno 1265, similiter incipiente, Licet ex omnibus, & alii probat Pugna 3. p. direct. 9. 9. com. 8. Farinacius quæst. 186. num. 32. Azot. 1. p. lib. 8. cap. 18. q. 9. At cum hodie Inquisitores ab his prouincialibus, aut generalibus non eligantur, sed per tota Italia ab Illusterrimis Cardinalibus vniuersali Inquisitioni presideturibus, & in Hispania ab Inquisitore generali, ita tantum à se electos poterant de uno loco in alium transferre, & ab officio remouere, cum id vixum fuerit expedire: sic notant relati Doctores.

19. Sed dubium est, an sine vila causa, sed solo libero eligen-tium arbitrio possit huiusmodi Inquisitores electi ex uno loco in alium transferri, vel ab officio remoueri? Ratio dubitandi est: quia litteris electionis horum Inquisitorum dicitur electos, dum nostra voluntas fuerit: quæ verba videntur indicare liberum, & absolutum arbitrium non iure, & aquitate regulatum: ut multis exhorta Menoch. lib. 1. de arbitriis. q. 7. num. 2. At quoties in pleno, & libero arbitrio aliquis negotiacionis est expedire ilud potest pro voluntate nullis legibus iubicata, scilicet tamen do lo, ut recte expendit idem Menoch. q. 6. Ergo Inquisitores electi à Cardinalibus, & ab Inquisitore generali, mutari de loco in locum, & ab officio remoueri pro libera voluntate eliguntur possunt: & ita videunt sensu. Lund. c. Molin. de iust. tract. 5. disp. 18. num. 7. ver. Neque obstat, & ver. confirmare possumus, circa finem. In his enim locis, & alibi affirmas hos Inquisitores esse ambiles ad nutum Inquisitoris generalis.

20. Cæterum omnino dicendum est, non posse absque causa legitima intercedere Inquisitorem inuitum de uno loco in aliud transferri, aut ab officio remoueri. Moreor, quia in supradictis decretis, & constitutionibus, in quibus potestas conceditur mutandi, & remouendi Inquisitoris electos, semper adduntur illa verba, si ita expedire vixum fuerit vel si ita vobis videbitur. At haec verba non indicant placitum arbitrium, sed arbitrium regulatum iure, & aquitatem. Primo enim verbum expedire convenientiam ipsius officij continet, iuxta cap. non solum de regulari lib. 6. & tradit aliis referens Menoch. lib. 1. de arbitriis. q. 8. n. 5. Pugna direct. 3. p. quæst. 10. com. 6. 9. vers. que autem sint causa. Deinde verbum illud si ita vobis videbitur, etiam denotat boni viri arbitrium, ac prouide ratione, & lege regulatum: ut alios referens probat Menoch. dicta q. 8. n. 2. ex l. si fideicommissaria libertas. 2. in princ. de fideicommissar. libertatis. & l. f. de commissa. 5. quænamquid de legat. 3. & tradit Pugna loco allegato. Adde ita Inquisitor generalis, & illustrissimorum Cardinaum arbitrio commissa est potestas mutandi, vel remouendi Inquisitorem electum, adhuc credendum non est, liberum illis est, prius sibi placuerit, facere; sed o minino eorum placitum iure, & aquitare firmari debet, ut latius colligitur ex his quæ adducit Menoch. quæst. 8. a. n. 7. vbi probat causam commissam ad beneplacitum aliius esse commissari fecundum boni viri arbitrium. Et idem est, quando eius potestatis commititur, ut ex Bart. Ang. Gozadino probat idem Menoch. num. 47. Denique quod causa aliqua requiratur ad hanc mutationem, vel remotionem faciendam, officio Inquisitionis conuenientius est: tum quia Inquisitores amplius reverebantur quod exactius negotia fidei tractabut, videntes non prohibitos, sed ex causa remouendos esse docent generaliter loquentes Eym. direct. 3. p. quæst. 10. & ibi Pugna com. 59. Vnbirt. Locat. in iudic. inquisit. verbo inquisit. 38. vers. Nota ramen. Et 40. per totum Farinac. quæst. 1. 186. n. 33. Azot. 1. p. lib. 8. cap. 18. quæst. 9. vers. si queras. Lclius Zech. sum. 1. p. iii. de fide rub. de baref. cap. 11. num. 13. vers. Et Inquisitores. Neque obstat quod Inquisitor generalis in delegatione dixerit vices suas committeret, dum ipse non renouauerit, seu ad suum beneplacitum adiuvet: on potest sine iusta causa ab officio removete, quia concessio facta ad beneplacitum perpetua esse dicitur ut probat Menoch. q. 6. 9. & beneplacitum significat arbitrium boni viri, ut tradit idem Menoch. quæst. 6. num. 10. & faciunt pro hac parte ea quæ adducit. q. 5. n. num. 11. Et 12.

21. Quod si inquiras quæ sunt causæ, ex quibus Inquisitores ab officio remouendi possunt, vel ab uno loco in aliud transferri: Respondeo ad remouendum ab officio Inquisitorem tres causas in genere a Doctribus expostulari, ad quas omnes reducuntur, impotens, negligens, & inequitans maxime pre-textus officij communis, quarum quælibet per le sufficiens efficit Eym. direct. 3. p. 12. num. 5. Pugna com. 51. Lclius Zech. Azot. & Farinac. suprà. Et quidem impotentiam præbere sufficiemtē

382 De modo iudic.proced.in causis fidei.

cipientem causam remotionis nemini dubium est, cum officium datur ob exercitium, unde impotens illud exercere prout illo debet. Sub impotenti comprehenditur infirmitas fœcetus, ignorantia, qua officio exercendo obstant. Infirmitas non quidem temporalis, sed perpetua, aut quasi perpetua; haec enim est, qua absolute ineptum reddit officio exercendo. Alia vero temporalis non absolute, sed secundum quid, quo tempore faciliter limitatio, reddit sic effectum impediat pro quo tempore limitatio confitetur. Ricardus potest, & impotentiā superponit, si ob iusta causa pro limitato tempore absens esset. Senectus, si rectum iudicium, & precedenter deliberationem tollat, alias non Ignorantia, si adeo grauis sit, ut ignoreat ea, que ad exercendum hoc officium requirantur; neque enim fas est Inquisitoribus omnia consultorum consilio remittere, quasi ipsi solum esse Inquisitores, & non iudices; ipsi enim scientiam habere debent quia possunt rationes perpendere, & difficultates examinare, & quod iuri, & exequi conformius est iudicare alias inepti sunt officio exercendo, & in peccato mortaliter constituti, meritoque remouendi. Secunda causa est negligencia, qua in quolibet officio sufficientem præbat occasionem, ut remouatur ab illo, qui illarum commitit, cap. si qui Episcopi 1.9.1. l. vlt. ff. vbi pnpill. catus debet. l. carceri, ff. de cib. reorum. & l. si quo. C. de off. prefati praetorio. & ictib. Roman. emf. 467. glossa in c. ex. omnianum verbo neglexit de heret. Bald. & Iacob. in l. argentario. S. vlt. ff. de edendo ex illo text. Alexand. 5. & ibi lalor. n. 9. in fine Dec. ibi 6. m. ab. C. de patiis. Iul. Clar. lib. 5. sentent. iuris. §. fin. 9.73. ver. item index Menoch. de arb. lib. 1. q. 5. n. 14. & lib. 2. cau. 34. n. num. 1. Hæc autem negligencia non solum contingit, quando aduersi hereticos, aut de heresi suspectos non procedit, sed etiam quando non procedit debito tempore, ob quam remissionem forte capienda a fugiti, aut a fugiendis poterat, vel interim heretis diffenauit. Adde cùm hoc sit grauiissimum crimen, & reipublica Christiana perniciiosissimum, quælibet negligencia in illo extirpando grave crimen reputatur, & merito occasionem præbat ab officio negligenter remouendi. Quod si hæc negligenter odij gratia, vel amoris luci causa procedat, ultra debitan remotionem ab officio, si fuerit Episcopus suspensus ipso facto pro triennium ab officio; reliqui vero excommunicationem Pontificiam referuant incursum habeant Clement. 1. S. verum de hereticis in fine. Adde, ex quo cumque fine Episcopus, & Inquisitor negligentes fuerint in hereticis inquirendis, & puniendis, si eorum negligencia grauis fuerit, fautorum heretis incursum ex text. in c. qui porro obviatur 23.9. 3. cap. hæc sentent. excommunicat. & alias relatis doceat Farinacius quaf. 186. num. 147. Merito ergo ob tale crimen deponden fuit ab officio, vt multis relatis doceat idem Farinacius quaf. 182. n. 24. Tertia causa est iniquitas, qua si praetextu officij commissa est, manifestissimam præbat occasionem remouendi ab officio inquietum. Non enim merito officium retinere, qui in officium delinquit, præcipue in officium ita facrum, & ab omni iniunctio alienum: sic doceat Menochius lib. 1. de arbitr. q. 5. num. 15. Roman. consil. 467. fine. Pegna dista. 3. pari. direct. quaf. 12. com. 61. poft medium, verbi, denique Farinacius quaf. 186. n. 34. Hinc inferitur, si illicite pecuniam extorquens facti Officij praetextu dignus es, ut officio remoueraris, & traditur expreſſe in Clement. 2. de hereticis. vbi postquam lententiam excommunicationis aduersus Inquisidores, & commissarios pecuniam illicitè extorquentes tulisti, mandat eos ab officio remouere, & amotis aliis penit. arbitrii puniri. Sub nomine pecunie quælibet res pretio æstimabilis intelligitur sic glossa in supradicta Clement. verbo pecuniam. Farinacius quaf. 186. num. 139. Pegna direct. 3. p. quaf. 12. com. 61. poft medium, verbi nomine pecunie. Thoin, Sanchez plutes referens lib. 2. c. 20. n. 9. Dixi, si praetextu officij inquiras commissa est; quia hoc crimen est, quod præcipuum occasio- nem præbat ab officio remouendi eum, qui illud committit. At cum hoc officium Inquisitoris expoſtuet viros prudentia doctrina, & omni virtute conficiatos, luxa constitutionem Vibani IV incipientem, Pre. cunctis cuius memori. Viderit. Locat. in iudic. inquis. verbo Inquisitor. num. 3. & triad. Simanc. catol. inst. tit. 34. n. 9. & 10. & in encircl. sit. 7. num. 2. Eym. 3. part. direct. q. 1. Farinacius q. 186. n. 54. merito in effectu graui aliquo criminis, quo cumque sit, præcipue si scandalum generat, ab officio remoueri debet.

22. Hæc diximus de causis, ob quas ab officio Inquisitor remoueris. At si loquamus non de remotione ab officio, sed de mutatione ex uno loco in alium, dicendum est posse Cardinales illustrissimos, & Inquisitores generalem Hispaniarum Inquisidores à se electos mutare etiam si nullam culpan commiserint, si videant officii inquisitionis taliter mutationem conuenientiorem esse: et si ei, qui mutandis est non sit ita conueniens; quia hoc expedire poterit gubernatoris illis communis. Neque ad hanc mutationem facienda opus illis est conuenientia iudicis probare; alia raro possent mutare iuratos, & transferre Inquisidores ad loca infesta, vbi fortè corum industria necessaria est: hincque sequeretur causam fidei maxime periclitari. Quapropter hoc negotium eorum conscientias, & prudentias est retinendum, qui te mutare cogint, ut decet; non odio duci, sed

zelo dei accessi hanc facient mutationem.
 23. Otautus quæſtio est, quis possit delinquentes Inquisitores puniri: Ut respondem, distinguendum est inter Inquisidores religiosos, & faculares clericos, & inter del. etum in officio vel extra. Si Inquisidores clerici sint faculares, cardinalibus sancte Romane inquisitionis electi ab iis puniri debent, eorumque modo delinquent, quia iis tum subiecti. Si a generali Hispanorum Inquisitore electi sunt, ab ipso puniri possunt, ob clemationem. At si Inquisidores sint religiosi, cum ratione religionis suis superioribus subdantur existimat Eymericus, direct. 3. part. quaf. 12. num. 1. & Vmbert. Locat. in iudic. inquis. verbo Inquisitor, num. 40. posse à suis superioribus coegeri. & puniri extra suum officium, & contra regularem obtemperant delinquent. Secus si in proprio officio, qui in illo a propriis Praelatis exempti sunt, ex constitutione Alexandri IV. & Clementis IV. quatuor memori. Eym. 3. part. direct. q. 11. & ibi Pegna. comm. 60. Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 22. num. 33. Farinacius quaf. 186. num. 128. Ceterum credo non solum delinquentes in proprio officio, sed nec delinquentes extra officium committis punire consequenter possent indictere corum officium impedit. Ne ergo admittamus inconveniens, quod Pontifices in dictis constitutionibus vitare curarunt dicendum est nullo modo pelle hos Inquisidores à suis Praelatis puniri poena, quæ alio modo exercitum facili officij retardat: sic doceat Farinacius q. 196. n. 132. vbi inquit. Tu vero dicas quod licet Inquisidores teneantur patre suis superioribus regularibus in his que regule obtemperant, & alia per que direcet, aut indirecet faciunt. Officium non impedit, p. lepiunt, & propriea in delictis extra officium per eosdem superioris moneri, & reprehendi: non tamen puto, quod dicti superiores possint eos puniri, & consequenter ab eorum officio per indicreum retrahere, sed bene poterit collimere informationes, illaque ad supremum tribunal transmittere expectans quid sit ab eodem tribunali supremo mandatum illis est, invenia via impediendi officium Inquisitionis per indicreum. Hæc Farinacius.

24. Nona quæſtio est de arte, & qualitate requisitus in eo est Inquisitoris officium commissum. Quia in re dicendum est: Specato iure communis quadragesimum annum attigeret debet Inquisitor ab aliis quam à Pontifice electus habebet ex pfecte Clement. 2. hereticis ibi statutum nullis est in re, nō qui quadragesimum statutum annum attigerent efficit inquisitionis practici & committi Inquisitoribus, & ibi noratur glossa & omnes. Aliis electio facta nulla effe videatur vice facta contra formam praefectionis, & conditionem à iure requisitus sic glossa in dicta Clement. verbo comitri, & ibi Ancharen. pp. 2. ver. querit Paul. Cardinal. Zabarella n. 3. ver. tertio quo Ioan. de Imola n. 5. & Bonifacius de Vitalinis n. 27. Farin. q. 186. num. 50. Ab hac conclusione excipi Simanc. catol. inst. tit. 34. n. 12. Inquisitores Hispanos, qui ex speciali summi Pontificis decreto eligi possunt annum trigesimum attingerent. Subdit Perna q. 3. part. direct. quaf. 12. comm. 51. ver. Simanc. hoc prædictum legi non videlicet; & quamvis in Hispania sic sit alibi ius commune seruandum est in quo tamē iusta causa intercedente dispensari poterit à Pontifice, expectata perforce eligenda probitate, de Etyma, ac prudencia. Ratio vero quæ hec tam matura erat in Inquisitore reprobatur, cum in Episcopio hoc officium exercitare requirita non sit, sed solius annus trigesimus, traditur optime à Panormitanis cap. cū in cunctis. 1. nam. 8. de electione. quia de Episcoporum moribus, doctrina, & prudencia sit ante electionem accurata indagatio, quæ tamē ea præmititur in electione Inquisitoris, id est in Episcopatate, quam in persona alia cognita idonea, non est reprobatus ad officium Inquisitoris annus 40, qui tamē requisitus est in Inquisitore, alias idoneas non probat.

Noranter dixi requiri annum 40, in Inquisitoribus electis ab alio, quam à Pontifice: quia de illis tantum loquuntur textus in Clement. 2. vt constat ex illis verbis, committi Inquisitoribus, quæ explicans glossa verbo committi, inquit per Praetorios provinciales, vel ministros illorum ordinum, quibus deputatio talium à Sede Apostolica est commissa. Quocida sit à Pontifice immediate eligantur non videatur necessarium anem 40. annigen fed in quacumque arte eligantur, valeret cum electio, etiam ignorantia Pontifice. Atatem si Farinac. quaf. 186. n. 12. cum Bonifacio de Vitalinis in supradicta Clement. 2. n. 4. verbi, unde si Papa. & subdit Farinac. hoc procedere in Inquisitoribus electis à consistorio Cardinalium, quia eligantur de scientia summi Pontificis.

25. Præter aratem alia qua iates in Inquisitore requirentur, nempe probitas viri, doctrina non va garis, & prudencia non medocia cum enim hoc officium omnibus sancte, quid mirum si illius praefacti communis genus hominum debent excedere? Quapropter Eym. huius tribunalis factis bene me-

nos. 3. p. 7. director. quæst. 1. dixit Inquisitorum debere esse
conferatione honestum, prudentia circumspectum, constanza
firmitatem, laeta doctrina fidei eminenter exaltata & virtutibus
circumsum: quod ibi confirmat Pugna comm. 50. Simancas
cathol. inst. 34. rubr. de inquisit. Apostol. 9. & 10. & in
nachir. violat relig. iur. 7. rubr. de inquisit. n. 2. Vimbert. Locat.
in iudic. inquisit. verbo Inquisitor. n. 3. vbi adducit constitutionem
item Vbiam IV. incipiente, Prae canitis, in qua haec qualitates
minus verbis expuluntur. Quid si roget, an scientia Theologiae,
vel iuris canonici pollicere debet? Respondeo utique
debet, Theologia, ut heretici cognoscatur, iure canonico, ve
canis, & lites decidere valeat: sic Azor 1. p. inst. lib. 8. cap. 18.
q. 9. Farinacius q. 186. n. 54. fine.

16. Sed quid dicendum de commissariis Inquisitorum, &
Episcoporum? Glossa, & Ioann. And. in dict. Clement. 2. de
Inquisitoribus, tandem etiam, & qualitatem expostulat, ac in In
quisitoribus, quia loco Inquisitorum substituuntur, & substituti
nam principalis sapientia debet parabolam, C. de Episcopis, &
dicit. Ceterum dicendum est, sufficeret annum 30. attingere,
qua invenitur etiam in Clemente VII. in constitutione incipiente
Cap. 5. relata a Pegna inter litteras Apostolicas, euusque
memori ipse in directo 3. part. quæst. 13. & 16. comment. 62. &
51. ibi inquit Pontificis Decimationis misericordia, ut velitos viarios
iurimandatos intruere valerent viros scientia probos,
probos, apertos, & idoneos, dummodo etatis trigesimum
anno strigint, sic nonant Vimbert. Locat. in iudic. inquisit.
verbis Inquisitor. n. 4. in fine. Ioan. Azor. 1. p. lib. 8. c. 18. q. 9. vers.
quæst. deinde Molin. de iustit. straf. 5. disp. 28. in fine. num. 23.
Nomen non est minorem exercitum in eum inlatum, quam inqui
sitione requiri, cum tardius illis comitetur in erga Inquisitorum
processus. Et alii autem qualitatem constat debere esse doctos,
probos, & idoneos officio exercendo. Quapropter semper soler
dig clericis qui in illa ciuitate, & Ecclesia aliquam dignitatem
prementem habeat: sic Farinacius quæst. 186. num. 55.

P N C T V M XIII.

Quem modum seruare debeant Inquisitores, &
Episcopi in hereticis inquirendis, & puniendis.

1. Statuta à Bonifac. VIII. & Clem. V. aliisque Pontificibus
2. Iurisdictio delegata Inquisitoris, non derogat iurisdictioni
diocesani Episcopi.
3. Causa ab Inquisitore. & ab Episcopo pro eodem tempore,
potest comparari coram quo maluerit si exceptus sit, si
tamen subditus Episcopi, communis sententia defendit
debet coram Inquisitore.
4. Non erit probabilitate posse adire, quem maluerit.
5. Commisarius citatio praefixa non sit citationis ordinarii?
Sub distinctione respondetur.
6. In Hispania causa hac controuersia.
7. Si Inquisitor, & Episcopus diuissim procedant, debent sibi
communicare processus.
8. Non potest Inquisitor sine ordinario, neque ordinarius sine
Inquisitore reum tradere duro carcere.
9. Item non tormenta subdere.
10. Neque potest Inquisitor sine Episcopi consensu priuare
reum beneficis agi: nisi.
11. Obligator Episcopus requirere Inquisitorem. & Inquisitor
Episcopum, quoties vides sine alio procedere non possit.
12. Quid si requiremus non compareat vel non vult venire, &c.
13. Quando hoc obligatio requirendi tuu in Inquisitore, cum
in Episcopo procedat.
14. In Hispania nullus hereticus relaxatur, nisi consulto
superiorum senatus.
15. Quid si scimus cum Episcopis, & Inquisitor discordant.
Superficies de heresi non potest Episcopus sine Inquisitore
aut contra ad abominationem cogere.
16. Neque hereticum punientur.
17. Quid si factio sine fuerit coactus abjurare, & denudat in
heresem incidit, non contrahit panus relapsi.
18. Sententiam abjurationis tunc duplum: iam tum interlocu
m. Hispania non potest Episcopus sine Inquisitore,
aut contra preferre. Idem censio iure communis.
19. Proponitur contraria sententia. & validissime probatur.
20. Panientur in quantum ab Inquisitore, & Episcopo, non
magis vnu illorum murare. Et quid in Hispania.

Bonifacius VIII., in cap. de heret. in 6. responderet
lxix delegatione Inquisitoris ab Apologetica Sede genera
liter facta in aliqua proutitate, ciuitate, vel dioceseti, nihil diocesani
Episcopis derogati, quin & ipsi autoritate ordinaria, vel de
legata procedere possint. Deinde subdit, ut inquisitionis negotiū
efficiens, meus, vnuq; que procedat possunt Episcopus, &
Inquisitor communiter, vel diuissim inquirere citare, capere, careci
tecedere hereticos, testes examineare, & alia quæ ad sententiam
requiriuntur. Sententia autem per utrumque simili proferenda est,
ad cuius prolationem, si diuissim procerterunt, tenentur sibi inueni

communicare processus, ut per hoc possit melius veritas inueniri
quod si in sententia ferenda non conuenienter per utrumque negotiū
sufficienter instructum ad Sedem Apostolicam remitti de
bet. Sive autem ordinaria, sive delegata Episcopi potestate pro
cedant, rescripta Inquisitoribus modum a iure communī, &
Sedis Apostolicae rescriptis obscurate tenentur Clemens vero V.
in Concilio Vienensis, in Clement. 1. mulierum, de hereticis,
potest quod retu multorum querelas, quod Inquisitores metas
iurisdictionis excellerint, in fideliū detrimentum subiungit,
ut negotium inquisitionis huicmodi cō prosperetu felicissim,
quod deinceps eiusdem labis indagatio solemnis diligenter,
& cautius per agatur ipsum tam per diocesanos Episcopos, quam
per Inquisitores a Sede Apostolica deputatos (omni cariali
amore, odio, vel timore, ac cuiuslibet commodi temporalis effe
ctione semotis) decernimus exerceris quod quilibet de pre
dictis sine alio citare possit, & arrestare, sive capere, ac tutu
cudicis mancipitate, ponendo eam in compeditu, vel manicis
ferre: si ei visum fuerit faciens, super quo ipsius conscientiam
oneramus, nec non inquirere coram iis, de quibus pro huicmodi
negocio secundum Deum, & iustitiam videntur expedire. Duro
tamen tradere carceri, sive arce, qui magis ad penam, quam ad
custodiā videatur, vel tormentis expondere illos, aut ad sententiam
procedere contra eos, Episcopos sine Inquisitore, aut Inquisitor
sine Episcopo diocesano, aut eius officiali, vel episcopali. Sede
vacante Capituli super hoc delegato, si sui ad inuicem copiam
habete valentes, intra octo dies ipsatum postquam se inuicem re
quieferint non valebit; & si secus præsumptum fuerit, nullum sit,
& iterum ipso iure. Verum si Episcopus, vel eius Capituli Sede
vacante delegatus cum Inquisitore, aut Inquisitor cum altero eo
rundem propter præmissa nequeat, aut nolit personaliter conue
nire, possit Episcopus, vel eius, seu Capituli Sede vacante de
legatus Inquisitor, & Inquisitor Episcopo, vel eius delegato, seu
Sede vacante illi, qui ad hoc per Capitulum Sede vacante fuerit
deputatus, super illis committe viceas suas vel suum significare
per litteras constitutis & confirmatis. Hac in dictis texib.

2. Ex his inferitur primum iurisdictionem delegatam generali
ter Inquisitori pro aliqua diocesi non derogare iurisdictionem
diocesani Episcopi, qui vitique in solidum concessa est. Secus
vero dicendum est, si commissio restringita esset ad certas perso
nas, certaque heretis crimina, quia per illam (pecialiter commis
sionem ordinariorum, alioquinque Inquisitorum potestis confi
etur restringita: sic glossa in d. cap. per hoc, verbo generaliter, de
heret. in 6. & ibi Acharan. Gemin. Athid. ac. Imola Zatabella,
Bonifac. Vitalis, quos referit, & sequitur Farinacius q. 89. n. 59.

3. Hoc ostendit quarto, ac citatus ab Inquisitore, & ab Episcopo
pro eodem tempore teneatur coparet coram Inquisitore,
omissi Episcopi citatione, vel possit eligere quem maluerit: Et
quidem si Episcopus non iure proprio sed ex delegatione proce
dit, quis citatus exceptus alias est ab eius iurisdictione, tunc
certum est posse citatum eligere quem maluerit, cum non possit
coram utroque simul comparari: sic Ioan. Azor 1. p. lib. 8. c. 18.
q. 8. Læsius Zech. 1. f. sum. iii. de fide, rubr. de heret. c. 11. n. 13.
vers. secundum dicendum est Farinac. q. 186. n. 95. Ne autem in
hoc casu videatur mandatum unius contemnere expedite compa
rens coram uno, coram alio procedit: impotentiam comparens,
est ad id non tenetur: sic Eym. 2. p. direct. 45. n. 3. At si Epis
copus, & idem est de quoilibet alio iurisdictionem episcopalem
habente) procedat aduersus sibi subditos, & consequenter ex
iurisdictione propria communis sententia tener debere citarum
coram Inquisitore coparet: sic multis relatis docet Pegna cum
Eym. direct. 3. p. 9. n. 4. & 5. com. 54. Simanc. cathol. inst. 4. 3.
rubr. de modo procedendi. Ludou. à Parame de orig. sancta Inqui.
lib. 3. q. 4. rubr. de forma, & ordine iudic. Farinac. q. 186. n. 87. &
seq. Azor tom 1 inst. moral. lib. 8. c. 18. q. 8. Mouenior, quia de
legatus summi Pontificis vice summum Pontificis habet, & illum
representat. Ergo ei obviandum est tanquam Pontificis princi
pienti, quodlibet alio iudice posthabito. Ob quam rationem in e.
fanē de off. delegat. dicitur iurisdictionem delegati in causa
delegationis maiorem esse qualibet alia iurisdictione. Cum ergo
Episcopus in sibi subditos non tanquam delegatus sed tanquam
ordinarius procedat, Inquisitor autem procedat, ut Pontificis de
legatus, efficietur sane citatum comparare debere coram Inqui
sitore, & non coram Episcopo. Et confirmo ex l. ff. de officio eius
cui mandata est iurisdictione, vbi dicitur, qui mandat iuridi
ctionem sucepti proprium nihil habet, sed eius qui mandauit
iurisdictione virtus. Ergo Inquisitor cui iurisdictione mandata est
a Pontifice iurisdictione Pontificis virtut, & non propria: at
Episcopius virtut iurisdictione propria. Ergo præualetere debet
Pontificia iurisdictione iurisdictioni episcopali.

4. Ceterum esti hac sententia tenenda sit, & in praxi sequen
dat probabilitate non care liberum esse citato adire iudicem,
quem maluerit: quia pars esse videtur Inquisitor, & Episcopus
in iurisdictione, quicquid quilibet in solidu, & independenter ab
alio reum citare, & examineare potest. Et cum utrumque ad profe
rendam sententiam junguntur, & discordant, nullus præualeter,
aduersus alium, quæ sunt signa æqualis iurisdictionis. Neque ob
stat vox in e. fanē de off. delegat. & in suprad. l. t. an videtur loqui
de legato, qui demandata est iurisdictione priuatius respicere alio
rum